



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Antonius Criminalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

ætæ, geminis singulæ bra-  
 chijs, pede, tituloque insi-  
 gnes. S. Iacobus Quisay ne  
 dilecti sui Crucifixi obliui-  
 sceretur, totam patientis  
 Iesu historiam secum in li-  
 bello descriptam gestabat  
 continuò, eamque legebat  
 quotidie; vt de illo refert  
 P. Ioannes Nierembergus  
 de adoratione in spiritu  
 lib. 2. cap. 5. vbi etiam de  
 splendore sextâ quauis feriâ  
 conspectio super locum mar-  
 tyrij.

*Leetio spi-  
 rit.*

*P. Antonius Criminalis.*

Sissæ ad Parmam 7. Fe-  
 bruarij natus; ideò in hunc  
 diem refertur: nam dies cæ-  
 dis est in incerto. Ab ipso  
 S. P. Ignatio ad Societatem  
 Romæ admissus, & ad S. Xa-  
 uerium destinatus, ibi totum  
 Comorinum semel quotmē-  
 sibus

*Italus .  
 Punicale .  
 7, Febr .  
 1549 .  
 etat. 29 .*

*Itinera.*

fibus, nudipes per ducenta  
& amplius passuum millia  
concurfabat. Petentibus id  
locijs præfectus est; & fa-  
ctus spiritualis adiutor. S. Xa-  
uerius S. Ignatio scribens,  
illum enimverò virum san-  
ctum esse ait, ac omnibus ita  
charū vt explicari vix pos-  
sit: eius similes se pro illis  
oris desiderare. Brachma-  
norum cum Bagodis coortā  
conspiratione pro restituē-  
dis idolorum honoribus,  
iamque sequentibus in Chri-  
stianos Ethnicis, Antonius  
nullam (quæ tamen haud  
vna offerebatur) se in tutum  
recipiendi occasionem arri-  
puit; verum submissis humi-  
genibus, ac oculis manibus-  
que sublatis in cælum, cor-  
pus & animū ad mortis ex-  
pectationem apparationēq;

*Fides.*

com-

c  
o  
S  
A  
sp  
ie  
ui  
gr  
ha  
T  
ag  
m  
vt  
in  
te  
te  
vt  
ist  
re  
tu  
tit  
et  
pi  
ce

composuit. Ita extrema  
opperientis latus sinistrum  
Saracenus hastâ aperuit.  
Antonius verò irruentes ad  
spolia diripienda barbaros,  
in vestibus detrahendis iu- *Fortitudo.*  
uit, vsque ad subuculam san-  
guine adhuc calentem illis  
haud repugnanter datam.  
Tum ad ædem sacram se  
agebat vt poterat, quò ibi  
moreretur; cùm secundo  
vulnere hastâ inflicto saucius,  
in genua iterùm se deiecit;  
telum è vulnere eduxit, ad  
templum iteratò se moliēs,  
vt supremum sanguinem  
istic Deo aris vicinus offer-  
ret. At coorto Bagadarum  
tumultu, obuiam se illis ver-  
tit Antonius, & aduerso pe-  
ctore hastam tertiam exce-  
pit, in genua iterùm ac pre-  
ces effusus. Quartum deni-  
que

que vulnus tulit in humero ;  
 quo prostratus , quinto vul-  
 neri iugulum , & spiritum  
 Deo dedit, è Societate Iesu  
 prima victima in odium fi-  
 dei cæsa . Punicale caput  
 abscissum ex alto suspensum.

*Oratio .*

Quotidie trities , & sæpè  
 quadragies , positis humi  
 genibus, precabatur. Ad vir-  
 tutes eius describendas ait  
 Alphonsus Cyprianus inte-  
 gro volumine opus esse. An-  
 no 1595. *Ioannes Dominicus  
 Criminalis*, Antonij nostri  
 fratris filius , iureiurando  
 affirmavit, se cum à spe vitæ  
 depositus iaceret, nocte in-  
 tempestâ flammis circumda-  
 tum, vidisse totum suum cõ-  
 claue igne compleri. Ingres-  
 sum ad se horrendum dæ-  
 monem : sed simul P. Anto-  
 nium adfuisse; prehensoque

*Apparet.*

in-

infirmi timentis ne à præ-  
sente demone illum secum  
rapere connitente abripere-  
tur brachio, Italicè dixisse :  
*Ioannes Dominice, firmus*  
*esto animo : & ne dubitaueris,*  
*quia hic sum ego, ut te adiu-*  
*uem.* Mox fugatum ab An-  
tonio minacem dæmonem  
abijsse ; simul videri Anto-  
nium patrum desijsse . Hæc  
ille iuratus dixit ; & valetu-  
dine breuè receptâ, meliori-  
bus quàm antehac viuendi  
consilijs etiam confirmauit  
ea quæ iureiurando affirmâ-  
rat .

*P. Iacobus Salesius, & Guiliel-*  
*mus Saltamochius .*

Coad.

Vterque in odium fidei  
Catholicæ ab hæreticis Al-  
benaci captus, longâ fame,  
siti, ærumnisque vexatus est .

Sa-

*Iuuat con-*  
*tra demo-*  
*nem.*

*Galli.*  
*Albenaci .*  
*7. Febr.*  
*1593.*  
*etat. 37.*  
*Soc. 20.*